2. Exemplo Chriſti, nec nos ſimus ἐπιχαιρέκακοι.

II. Ratio: *Quia vado ad Patrem.*

VSVS.

Mors piorum etiam eſt greſſus ad Patrem.

III. Effectus conſideratur:

VSVS.

1. Apoſtoli verba Chriſti perpendunt & fatentur ſuam ignorantiam.

2. Exemplo Chriſti, & nos verbum
Ψ 1. divinum meditemur ſedulo. Nec pudeat nos in ſpiritualibus, noſtram etiam
1. Cor: 2. confiteri ignorantiam: Animalis enim homo nõ intelligit ea, quæ ſunt ſpiritus.

DE II. LOCO.

I. Notetur cauſa impulſiva: *Cognovit* J*ESVS, quod diſcipuli illum vellent interrogare:* Ergo prævenit eos.

VSVS.

Exemplum induſtriæ & benevolentiæ in Chriſto, omnibus Eccleſiæ paſtoribus imitandum.

II. Prædictionis obliquæ repetitio: *De hoc quæritis inter vos, quod dixi: Puſillum, &c.*

VSVS.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn332482561/168 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG